



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Archiepiscopatus Et Electoratus Trevirensis

Abtei Sankt Maximin <Trier>

Avgvstae Trevirorum, 1633

Littera Ll. Philippvs De Gratia Hispaniarum, vtriusque Siciliae,
Hierosolymorum &c. Rex, Archidux Austriae, Dux Burgundiae, & Mediolani,
Comes Hapsburgi, Flandriae, Tirolis &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62152)

tiori ad hoc erecto theatro, non sine scandalo, excommunicare, iuxta nuper transmissum & hisce adiunctum Monitoria, contra quæ, ex parte Monasterij, ptestatum & appellatum est sub litt. A. B. intendit) omnino nisi sibi forte fuga consulat, tutus erit; vltterius, non sine magna deuastatione Patriæ, progredietur. Ex quo proinde, quis talium Bullarum, ex sinistra informatione, & pecuniæ potius, quam Iustitiæ intuitu obtenturum effectus, elucebit. *Ac sub finem*: certum siquidem & nullatenus dubitandum, quod nec Imperator, nec Rex Catholicus ac Serenissima Infans cedent: necessariò itaque pars altera cedere debet. Luxemburgi 6. Septemb. 1625.

N. 493.
Imperator,
Rex Catholicus
cedere nolunt &c.

Littera Ll.

PHILIPPVS DEI GRATIA HISPANIARUM, vtriusque Siciliæ, Hierosolymorum &c. Rex, Archidux Austriae, Dux Burgundiae, & Mediolani, Comes Hapsburgi, Flandriæ, Tirolis &c.

EX literis Vestrae Dilectionis, & ex his quæ Serenissima Infans Amita nostra conscripsit, intelleximus, quãto perè Dil. Vestra desideret, ne sibi possessio quæ cepit, Abbatia S. Maximini, quam etiã Vestrae Dil. sua Sanctitas in Commendam contulit, interdicatur. Quia in re quantum in Nobis est, omni beneuolentiæ officio, Dilectioni Vestrae adesse conamur &c. Madridi die 14. Iunij, Anno 1625.

N. 494.
Oblatio
Catholici
Regis erga
Dominum
Electorem.